

38 dare: quod præter illius villæ prouentus, minister illius conuenienter valeat, sustentationem habere, &c. d. l. 9. tit. 10. p. 1. iustum visum fuit, pro tanti damni compensatione, illi attribuat ius præsentandi, vt per text. in d. c. ad audientiam. ibi, ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ maioris, cum canonico fundatoris assensu, instituas, ad sustentationem suam eiusdem villæ obuentiones Ecclesiasticas percepturum, &c. vbi gl. verbo Rectoris, rationem huius iuris præsentandi reddit, & ibi etiam Doctores, & elegantem etiam assignat d. l. 9. p. ad medium, ibi, el menofcabo que recuiesse la primera, por los parrochianos, que le menguan, otorga el derecho, que los clerigos della puedan presentar al Obispo, el que vbiere de poner en la yglesia segunda, e otorgales ainde mas deïto, que aian en ella alguna renta en manera de censo por conocimiento de maioría, e debela señalar el Obispo, segun que viene, que montan las otras rentas de la segunda yglesia, &c. Idem hoc vltimum probatur in d. c. ad audientiam.

39 Quibus adde, quòd huic nouo sacerdoti non applicentur decimæ prædiales Parochianorum illius nouæ Ecclesiæ: sed dumtaxat primitiua obuentiones, hoc est: oblationes & decimæ personales, quæ dantur diebus festiuis, & mortuaria, seu pro eis legata in testamento. ita tenent Doctores in d. c. ad audientiam, vbi eleganter gl. verbo obuentiones. clarius d. l. 9. p. vers. como quier que agruamiento. quod procedit, quando nõ diuiditur Parochia. at quando diuiduntur termini Parochiæ antiquæ, diuidentur etiam termini prædiales, & tunc debebuntur decimæ prædiales nouæ Ecclesiæ de prædiis suæ Parochiæ. vt per Abb. in d. c. ad audientiam. super gl. in verbo obuentiones. tenet Gregor. Lopez in d. l. 9. gl. 7. quem etiam vide gl. 6.

40 Et ideo sanctissimè prouidit Concilium Trid. in d. cap. 4. ibi, Vt ei competens assignetur portio ex fructibus matricis, & si necesse fuerit, Episcopus compellere possit populum, ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam. cuius etiam meminit Zerola in praxi Episcopa. 1. p. verbo Parochia §. 6. Pro quo facit quod aliàs decreuit idem Trid. sess. 24. de reformatio. cap. 13. Quòd in Parochialibus Ecclesiis,

41 quarum fructus adeò exigui sunt, vt debitum nequeant rectoribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum vnionem, non tamen regularium, id fieri non possit, vt primitiarum, aut decimarum assignatione, aut per Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua ei videbitur commodiori ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat, &

hoc etiam de iure diuino & naturali. Abb. in c. nouum genus n. 7. de decimis. 2. 2. quest. 87. à num. 1. in corpore. & ad 4. Couarr. lib. 1. c. 17. num. 2. & 4. vers. Quarta ratio lib. 2. variat. resolut. Turrecrema. in c. omnis Christianus, de consecratione d. 1. Siluester verbo decima 1. p. 5. quest. num. 168. Zerola vbi supra.

42 Quibus & illud vile valde non omitam, quod ab huiusmodi sacerdotis deputatione, & institutione, nec ab eius portionis assignatione appellationis interpositæ, siue per Rectorem Matricis, siue alterum, Ordinarium non deferens, violentiam dicitur commississe, quia pariter nec suspendit huiusmodi ordinationes, nec admittitur. ita expressè probat text. in d. c. ad audientiam. ibi, Ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem (sublato appellationis obstaculo) ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ maioris, cum canonico fundatoris assensu, instituas, &c. & iterum ibi in fin. Si verò persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire: tum nihilominus facias, opus ad perfectionem deduci, & virum bonum (appellationis cessante diffugio) instituire, non omitas, &c. & idem probatur in d. cap. 4. Concl. Trid. ad finem, ibi, assignetur portio, &c. nec huiusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus, &c. & facit etiam d. l. 9. d. tit. 10. p. 1. ad fin. ibi, bien puedan mandar que la fagan en termino de otra, e proponer clerigo en ella que la sirua, aun que lo contradigan, e no selo presenten los clerigos de la primera, &c.)

43 Et insuper ex eo, tum quia ab assignatione congruæ Rectori, seu vicario Parochialis appellationi minimè esse deferendum diximus supra cap. 2. hac 3. parte. Tum ex eo, quia est prouidere Ecclesiæ de Rectore, in quo pariter appellatio non suspendit, ex Tri. sess. 14. de reformatio. cap. 18. & dixi latè supra 2. parte. cap. 13. à num. 167. & infra hac 3. p. cap. 9. à num. 44. & etiam probatur ex verbo d. l. parti. ibi, aun que lo contradigan, &c.) quod 45 importat appellationem non admittendam, vt diximus etiam hoc cap. supra num. 15. & 2. parte cap. 8. ante finem à num. 107.

46 An reedificans, vel reparans Ecclesiam dirutam, vel collapsam adquirat ius patro. & an quando patronus, qui illud acquisiuit in ea ex constructione tantum, si funditus sit diruta, illud amittat. & quid quando etiam propter dotationem simul, vel simpliciter illud etiam dicatur amississe, vide latè, & optimè cum pluribus prosequitur Rochus de Curte in tract. de iure patro. verbo construxit.

num.

47 num. 12. & 13. vbi etiam an ille qui primò construxit, præferatur aliis in refectione, & reparatione, & de aliis huic vtilibus quæ omitto, quia mei non est instituti. Et infra quod tempus debeat constriui Ecclesia, vel 48 Capella, quam testator construendam mandauit sine præfinitione temporis. vide ibi optimè num. 15. vbi multa in propositum adducit, & quando ex causa; puta: ex diminutione reddituum possit ab Episcopo cum consensu Capituli, fieri suppressio, & extinctio beneficii. vide latè per Nicol. Garciam de benef. tomo 2. p. 12. cap. 1. per totum. & an beneficii diuisio possit fieri, vide eundem ibi cap. 4. & quando ob tenuitatem vnio sit facienda ibi cap. 2. cum suis §§.

CAPVT VI.

Ab eo, quod fit secundum legis, & iuris dispositionem, canonicas sanctiones, aut decreta, à iudicè que eas exequente, seu vbi ius commune resistit, aut vbi iuris, & de iure præsumptio adest: appellationi emissa non deferendo, violentiam adesse, dicatur. vbi etiam exactè de appellationibus friuolis.

S V M M A R I V M.

- Stultum est contra stimulum calcitrare. n. 1.
- Appellatio emissa ab eo quod fit secundum iuris decreta, & determinationem, non suspendit. num. 2.
- A præcepto de residendo beneficium residendum requirens, non datur appellatio. n. 3.
- A iudicè iurisdictionem exequentem non permittitur appellare. n. 4.
- Appellationem non esse admittendam ab eo, quod fit secundum iuris dispositionem & canonica decreta, qui probent. n. 5. & à n. 1.
- Resignatarius tenetur dimittere possessionem à se possessi beneficii, postquam adeptus est possessionem beneficii resignati (non obstante appellatione) cui non deferens iudex vim nullam facere declarabit Senatus. n. 6.
- Appellationi contra iuris clari dispositionem vt friuola non est deferendum. num. 7.
- Præsentatus an possit appellare, ne patronus alium intra terminum presentet accumulatiue tantum. num. 8.
- Appellari non potest, ne fiat quod de iure fieri permittitur. n. 9.
- Ordinem suscipere necessarium beneficio compulsus possessor non appellat, quominus interim exequatur præceptum. n. 10.

Sequestrium licet regulariter sit prohibitum, tamen quando in casu particulari lex præcipit sequestrium apponendum appellatio non admittitur. n. 11.

Lex vbi aliquid fieri præcepit, iudex id faciens dicitur legis executor, à quo non est licita appellatio. n. 12.

Quia tunc potius operatur lex, quam homo, cuius est executor. ibidem.

Iuris executio non grauat. n. 13.

Canon seu lex quando in aliquo casu determinatè aliquid faciendum præcipit, (vt in exemplis appositis) non admittitur appellatio. n. 14.

Cautionem præstandam in aliquo casu particulari vbi lex determinatè præcipit, fit appellatione non obstante. n. 15.

Licet quod est fieri ante appellationem, & post illam fieri potest. n. 16.

Lex vbi præcipit aliquid fieri, iam casus censetur decisus & determinatus per sententiam legalem, quo casu à legis dispositione videtur appellare, si à iudicè vt legem exequatore appellatur. n. 17.

Appellatio à iuris dispositione & determinatione non est licita. n. 18.

Appellatio vbi non admittitur à sententia, pariter nec ab eius executor, aut executione. n. 19.

Ab executione rei iudicate, aut obligationis Cameralis, & quarentigati, appellans præsumptim antecedens validum, à quo executio dependet, & negat consequens necessarium, quapropter non auditur. n. 20.

Appellatio à sententia legali est contraria iuri, & per consequens friuola, cui nec desertur, nec causat attentata. n. 21. & sub n. 26.

Appellationi à sententia legali ius resistit, habetque contra se iuris præsumptionem, & ideo non causat attentata. n. 22.

Appellanti à monitorio, vt intra certum tempus accedat ad recedendum, resistit ius commune, & potest Episcopus ea non obstante ad executionem procedere. n. 23.

Appellanti à correctione resistit ius, ac interim non causatur attentatum. n. 24.

Appellatione pendente interposita per Canonicum à Capitulo imponente honestam correctionem, seu etiam à correctione per ordinarium potest ad executionem deuenire, quia dicitur friuola. num. 25.

Concil. Trid. sess. 13. c. 1. ad fi. adducitur. ibidem.

Friuola dicitur appellatio interposita ab interlocutoria expressa minus legitima causa, aut à iure reprobata. n. 26.

Appellari licet à denegante beneficium concessum per ius commune, quia vbi denegatur iuris communis obseruantia, grauaamen inseritur. n. 27.

Appellatio innuitur iniustitia. n. 28.

Causa immediata appellationis est iniustitia, iniuria, & grauaamen. n. 29.

Friuola

*Friola appellatio dicitur, ubi non adest graua-
men, nec legitima causa. n. 30.*
*Ius & iniuria opponuntur inuicem, quia ius ve-
minem grauat. n. 31.*
Executio iuris iure facit iniuriam. n. 32.
*Pignus quominus vendat creditor, appellari non
licet per debitorem. n. 33.*
*Mandata regia, vulgo (provisiones ordinarie)
dicta, quibus vtuntur suprema tribunalia non
recipiunt supplicationem, quia partibus iniuris
expediuntur, executione legis ita disponentis.
num. 34.*
*Appellatio que caret effectu, & non habet admi-
niculum iuris, vt minus legitima non impedit
executionem. n. 35.*
*Corpus carens anima & spiritu vitali, quemad-
modum manet frigidum, ita appellatio carens
iustitia (cuius est anima) vt friuola mortua
censenda est. n. 36.*
*Friuola esse dicuntur, que informia & fragilia
sunt secundum Budaum. n. 37.*
Friuola appellatio dicitur inanis & varia. n. 38.
*Friuolum verbum importat caducum vel inuti-
le. n. 39.*
*Friuola appellationsi nec ius defert, nec est à iudice
deferendum. n. 40.*
*Friuola appellationsi non deferens index Ecclē-
sticus, vim non facere declarat Senatus. nu-
mero 41.*
*Friuola appellatio que dicitur, relinquunt iudici-
um arbitrio. n. 42. vide n. 57.*
*Friuolam esse appellationsem, vt index arbitrat, vt
possit appellationse non obstanti procedere ad
vltiora. n. 43.*
*Friuola appellatio illa dicitur, que nihil prodesse
potest, nec vllum vnquam iuris effectum for-
tiri. n. 44.*
*Appellatio que caret effectu, & non habet admi-
niculum iuris, non impedit executionem.
num. 45.*
*Appellatio calumniosa illa dicitur, non solum
que in eius interpositione apparet talis, sed &
que talis detegatur in fine litis. n. 46.*
*Causa inserta in appellationse attenditur ad de-
legendam ipsam friuolam, frustratoriam, aut
calumniosam. n. 47.*
*Causa in appellationse ab interuocatoria inserta,
quando illam friuolam detegat. n. 48.*
*Legitima appellatio illa dicitur, que interponitur
ex causa, que si esset probata, reputaretur le-
gitima. n. 49.*
*Causa legitima & à iure approbata si inferatur
in appellationse ab eo, quod fit secundum iuris
dispositionem, & à iudice illam exequente, de-
ferendum est illi. n. 50.*
*Appellatio contraria iuri quocumque vadat, in
nulla instantia potest effectu sortiri (iure at-
tento) quia ius est certum, & vbiq; idem
operatur. n. 51.*

*Frustra aliquid faciens nulliter facit, etiam ipso
iure. n. 52.*
*(Frustra) dictio significat impotentiam faciendi.
num. 53.*
*Friuolam appellationsem tunc arbitrat, vt index,
quando apparet legitima indicia ad tortu-
ram, & illa reus in termino sibi concesso non
purgauit. n. 54.*
*Friuola appellatio tunc rejici potest, quando noto-
rie & manifeste talis detegitur, secus si in du-
bio, siue dubium sit iuris siue facti. n. 55.*
*Friuola & calumniosa appellatio quando ita no-
torie & manifeste dicitur apparere. num. 56.
remissiuē.*
*Friuolam appellationsem non debet index arbi-
trari, ubi ita notorie apparet. n. 57.*
*Friuola non dicitur appellatio interim, dum re-
manet disputandum. ibidem.*
Friuola appellationsis redduntur exempla. n. 58.
*Friuola appellatio dicitur notorie, quando quis
petierit in causa recusationis, quod eligantur
arbitri, ubi eligendi non sunt. n. 59.*
*Friuola dicitur appellatio, quando interponitur
à sententia, que illum non tangit. n. 60.*
*Appellans non auditur, si ex sententia non gra-
uatur. n. 61.*
*Appellatio non admittitur à iudice aliquid ad-
mittente cum clausula (si & inquantum, &c.)
quia tunc neminem grauat. n. 62.*
*Clausula (si & inquantum) operatur secundum
ius, & sic cum ius sit certum, non remanet ad-
missum, ubi ius id dicitur. n. 63.*
*Ad probandum admitti non debet quis ad id, quo
probato non releuat, nec prodest, puta quando
aliquid consistit in iure. n. 64.*
*Approbatione denegata eius articuli qui probatus
non prodest, appellationsi emissa tanquam fri-
uole non erit deferendum. n. 65.*
*Imputari non debet alicui non fecisse, quod fa-
ctum non profuisset. n. 66.*
*Iuramentum sibi oblatum licite recusat pars, que
bene probauit. n. 67.*
*Articuli impertinentes & non releuantes non
sunt admittendi. n. 68.*
*Articuli impertinentes qui dicantur, remissiuē.
num. 69.*
*Patronus an teneatur presentare intra terminum
edictorum, cum habeat terminum iuris, an
possit eorum petere prorogationem pro tempore
sibi à iure concesso, vt interim presentandus
queat ordinari, vel eius etas legitima com-
pleteatur. n. 70. remissiuē.*
Frustratorie appellans dicitur in dolo esse. n. 71.
*Iudicis officio pertinet reformare, que dolo aut
malitia gesta sunt à parte lite pendente. nu-
mero 72.*
*Iudex ex officio potest repellere calumniosas ex-
ceptiones ad intricandum & procrastinandum
iudicium oppositas. n. 73.*

Idem

Idem de appellationse frustratoria. ibidem.
*Clausula (appellationse remota) aut (appellationse
postposita) tollit effectum suspensiuum. n. 74.*
*Clausula (appellationse remota) apposta in Bul-
la super provisione beneficij, non precedente
causa cognitione parum aut nihil operatur
quia per eam non tollitur aliàs appellatio legi-
tima, sed friuola dumtaxat. n. 75.*
*Clausula (appellationse postposita) non operatur,
ubi apparet de notorio grauamine. n. 76.*
*Clausula (appellationse postposita) semper appo-
nitur in parte executionis literarum, que non
comprehendit contradicentes de iure, sed tan-
tum de facto. ibidem.*
*Clausula apposta in executionis gratia nec auget
gratiam, nec tollit surreptionem. n. 77.*
*Clausula (appellationse postposita) de materia qui
latē sint videndi. n. 78.*
*Friuola appellationse non obstante, an index ad
vltiora queat procedere, & an per illius de-
lationem à se abdicet iurisdictionem. & an
inhibitorio à superiore emanata vigore friuole
executionis impediatur executionem sententia,
vide remissiuē. n. 79.*
*Concil. Trident. sess. 13. de reformat. cap. 1. verba
recensentur. ibidem.*
*Appellatio tanquam friuola à iudice reiecta, si
pars non contradicat appellando, videtur fa-
teri friuolam esse. n. 80.*
*Friuole appellantes potest index à quo excom-
municare tanquam contumacem. n. 81.*
*Presumptio iuris & de iure condemnato repu-
gnans, non erit in appellationse audiendus.
num. 82.*
*Condemnatus presumptione iuris & de iure, di-
citur conuictus & confessus, ac ideo nullo modo
auditur appellans. n. 83.*
*Presumptio iuris & de iure non recipit probatio-
nem in contrarium. n. 84.*
*Presumptio iuris & de iure ubi recepit probatio-
nem in contrarium, admittit etiam tunc ap-
pellationem. n. 85.*
*Presumptio iuris & de iure, in quibus casibus ad-
mittat probationem in contrarium, & quales
sint presumptiones iuris, & de iure. num. 86.
remissiuē.*
*Presumptione iuris tantum condemnatus non
prohibetur appellare. n. 87.*

Grandis est huius capituli materia, in
qua partem negatiuam amplector: iudicem
Ecclēsticū vim non facere, de-
negans delationem appellationsi interpositæ
ab eo, quod facit in executionem Canonici
decreti, & sanctionis, atque secundum iuris
dispositionem, dicantis. Pro qua expen-
do, & illud Christi Domini Actuum Apo-
stolorum cap. 9. dicentis, Stultum est, contra
stimulum calcitrare. text. expressus in l. fi. §.

*fi. ff. de appella. recipi. ibi, item si ex perpetuo 2
edicto aliquid decernatur; id, quo minus
fiat, non permittitur appellare.) text. cele-
bris in c. consulti 29. in ord. de appella. ibi, non
conuenit, vt pro huiusmodi appellationsibus
ab obseruatione decreti debeas abstinere,
&c.) text. in c. cum in cunctis 7. in ord. ibi, nec
profit eis appellationsis refugium, si fortè in
constitutionis istius transgressionem per ap-
pellationem voluerit se tueri, &c.) de ele-
ctione lib. 6. probat etiam text. optimus, in c.
relatum. de cleri. non resid. ibi, nec patrio-
nari debet eis appellationsis diffugium, si
contra huiusmodi intentionem decreti fue-
rit interiectum, &c.) Ex quo constat ap-
pellationi non esse deferendum, per beneficia 3
tum interiectæ à præcepto, seu sententia,
qua mandatur residere beneficium, de iure
residentiam requirens. per quem & alia iura
latè probauimus, & resoluimus suprā 2. p.
cap. 15 à principio. Hanc conclusionem pro-
bant etiam glos. ibi in d. consulti, 1. nota. &
gloss. in verbo pro huiusmodi appellationsibus, ubi
etiam vterque Ab. Sicul. & Panormita. ex 4
quo etiam aliam similem eliciunt conclu-
sionem, vt à iudice iurisdictionem exequen-
te non permittitur appellatio, latè etiam ibi
Philip. Franch. Ab. Panor. in d. c. relatum. n. 3.*

Hanc insuper cōclusionem probant Mar-
ran. in tract. de ord. iudiciorum 6. p. tit. de appella.
n. 345. quem solum referens sequitur Ioan-
nes Gutierrez. in cons. 10. n. 21. dicentes, quod
ab actu celebrato, & gesto secundum legis
dispositionem, & canonicas sanctiones, nec à
iudice eas, & decreta iuris exequite, non pos-
test appellari. allegant ad hoc text. in d. c. con-
sulti. Et ita in casu, de quo per eundem Gu-
tier. ibi, nempe, vt possessor resignatarius dis-
mittat possessionem prioris beneficij à depta
possessione secundi resignati secundum ius 6
commune, & clausulam expressam Bullæ
resignationis) ex hac doctrina potissimū te-
nuit, appellationsi deferendum non esse, &
Cancellariam Regiam Vallisoleranam adi-
tam per viam violentiæ pro appellationsi à
condemnato interiectæ delatione, vim non
fieri, causamq; iudici remittendā declarasse.

Pro quo facit etiam, quod aliàs determi-
nauit Rota, vt testatur Seraphi. decis. 3. 10. sub
n. 1. dum hæc dicit: tum etiam consideratum
fuit appellationsem Martini fuisse friuolam,
& calumniosam, & contra iuris clari disposi-
tionem, concedentis patronis sex menses;
ideo non causare attentata, cum ei iudex de-
ferre non teneretur. ad c. 2. de dolo & contum.
lib. 6. Achille decis. 6. de appella. que vt vides,
optimè nostram probat conclusionem.

Cui & conueniens est, quod disputant 8
Lamberti. de iure patr. 2. p. lib. 2. ar. 20. §. 9. prin.
an

an primus presentatus à patrono possit appellare; ne intra terminum à iure concessum alterum presentetur; cuius resolutionem & ab hac nostra doctrina desumpit: ut scilicet, cū claro iure sit canonico permittitur patronis laicis, variare in presentatione, & iterum alium presentare (accumulatiuè saltem, non exclusiue, *c. quod autem, & c. cum autem, de iure patrona.*) appellationi à primo presentato deferendum non esse, nec admittendam, rationem reddens, quia est contra iuris dispositionem, & non valet, secundum Specula in *tit. de appella. §. 22. vers. 23. & vers. 27.* allegat etiam *l. si ff. de appella. recipi.* & quia non potest appellari, ne fiat, quod de iure fieri permittitur, per *c. cum nobis olim. de electio. c. 1. & c. ex ore de ijs que sunt à maio par. capit.* Ancarranū in *c. decernimus. in vers. offeratur. 16. q. 7.* & hoc etiam dicit post Abb. in *c. pastoralis de iure patro. Paul. de Citad. in tract. de iure patro. in 6. p. in 8. q. ubi etiam adducit, illud actuum Apostol. c. 9. durum est contra stimulum calcitrare, cuius & nos ad principium meminimus, & referens Hostien. & Innocentium, ita tenet Ioan. And. in *d. c. pastoralis super gl. penult. & etiam Cardina. ibi in 3. col. in vers. appono ad hoc, & secutus Abbatem idem dicit Maran. de ord. iudi. 6. p. tit. de appellatione. n. 165. & eleganter melius quàm alibi, de hac re agit post alios Spino. in tract. de testam. gl. 4. prim. nn. 94. & facit text. si bene perpendatur in *d. c. pastoralis de iure patrona.***

10 Et ex hac nostra doctrina resolutionem veram accepit articulus ille: ut appellationi interposita à beneficiario compulso ab ordinario, ut ordinaret secundum ordinem, requisitum ab ipso beneficio, quod possidet, deferendum esse nullo modo; cum hoc sit à iure canonico tot decretis, tot decisionibus, & constitutionibus inductum, ac perpetuo edicto ita continetur *Tri. sess. 22. de reform. c. 4. c. commissi. ibi, (statuti auctoritate.) & iterum, ne statutum ipsum, & c. de electio. lib. 6. c. licet canon. 14. quia in obseruatione canonis memorati, & c. Clem. 2. quæ statuuntur in iure, & c. de arate & qualitate. & est elegans text. qui utramque conclusionem probat in *c. cum in cunctis 7. in ord. vers. cum autem, ibi, & reliqui admoniti non fuerunt, præfixo à canonibus tempore in presbyteros ordinati: & ab illo remoueantur offi. & c.* nec possit eis appellationis refugium, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint, se tueri, & c. prout & nos latius hunc articulum examinauimus supra 2. p. cap. 15.*

11 Ex eodem fonte procedit, quod Doctores dicunt: quod licet appellatio licita reputetur à mandato de sequestrando; tamen non procedat, quando in aliquo casu lex mandat, &

præcipit sequestrum apponi, ut in *cl. 1. de sequestr. poss. & fruct. quia tunc appellationi deferendam non esse, notant communiter Doctores, præsertim Cardin. nos abili 9. in d. cl. 1. Afflict. decis. 152. n. 6. Castiad. decis. 5. de sequestr. poss. & fruct. vers. sed maior pars duorum Marant. de ord. iudicio. 6. p. tit. de appella. n. 182. Lancelo. de attent. 2. p. c. 12. limi. 12. n. 4. Veltrius in praxi lib. 7. c. 2. n. 5. & nos latè 1. p. c. 2. 1. per totum. redentes rationem, quia tunc iudex legis est executor, & ab executoris legis non est licita appellatio. latè profecutur Marefcot. var. resol. lib. 2. c. 77. n. 11. latè, & bene in terminis nostræ quaestionis Gratia. discepta. foren. tomo 2. c. 32. à n. 19. cum pluribus seqq. dicens, quod tunc potius operatur lex, quàm homo, & iudex nihil aliud facit, quàm legem exequi, & sic tãquam à legis executore non datur appellatio, iuxta *l. ab executeore ff. de appella. Rebuff. in l. si qua pœna in prin. vers. namque harum ff. de verbo. signif. quia iuris executio non grauat, Gratia. ibi n. 21. Bald. in c. ad nostram cl. 2. de appella.**

Et sic generaliter est verum, quod quando lex, vel canon in aliquo casu determinato aliquid præcipit, & mandat faciendum, prout in vacatione beneficii apponatur edictum, in curato præficiatur œconomus, & assignetur ei congrua, non suspedit appellatio, nec aliquid operatur in his casibus, ut suis locis diximus. Et etiam quando lex in aliquo casu determinato iubet cautionem præstari, ut in edicto pratoris secundum *l. 1. & Rubr. ff. ut legatorum seu fideicommissi nomine caueatur.* quoniam eius præstationem non suspedit appellatio subsecuta. text. elegans in ratione sui, in *l. postquam §. imperator. ibi, Imperator Marcus Anto. Iulio Balbo rescripsit, eum, à quo res fideicommissæ petebantur, cum appellasset, cauere, & c. rectè placuit Principi; post prouocationem quoque fideicommissi cautionem interponi. quod enim ante sententiã, si petitionis dies moraretur, fieri debuit. amittitur post victoriam delata petitione non oportuit, & c. ff. ut legatorum seu fideicommissi. nomi. cauea. ex quo text. & vnam cõmuniter eliciunt*

16 Doctores cõclusionem: vt omne illud quod licitum est fieri ante appellationem, & ipsum etiam liber illa pendente, ut est videre per Bart. in *l. furti §. 1. in prin. ff. de ijs qui nota. infra. Alexan. in rubr. ff. nihil nouari.* Maran. de ord. iudicio. 6. p. tit. de appella. n. 164. Corsetus in *singula. verbo appellatio. incipit regula in 6. limi. & per dictum text. qui secundum Dynum ibi n. 1. alibi hanc format conclusionem Vitall. de claus. in *clau. nihil nouari appell. pen. sub n. 1. vers. item fallit.* multos citat multaque exempla adducit in comprobationem Lancelo. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 15. per totum.*

Et

17 Et huius nostræ doctrinæ, scilicet; appellationi non esse deferendum interiectæ ab eo, quod sit secundum iuris & canonis dispositionem, aut iudice eam exequire, rationem libentissimè reddam, quia quando lex super aliquo casu determinato aliquid disponit, & fieri iubet, iam ipse casus videtur ab ipsa lege determinatus, & sententiarus, ex sententia ab ipsa lege lata. & ideo quando in tali casu appellatur, potius ab ipsius iuris dispositione conferretur appellari. quod utique nec permittitur, nec admittendum est, Bart. & omnes in *l. omnes populi. à n. 53. & supra ff. de iustitia & iure. Bobadilla in polit. lib. 3. c. 8. n. 278. litera B. ad fin. Bernard. Diaz in regul. 675. Gratian. in regul. 35. idem in regul. 171. & sic iudex qui id quod lex mandat, obtemperans exequitur, nihil noui facit, sed est minister & executor legis, ergo cum ab ipsa sententia legali, & legis dispositione, ac determinatione non sit licita appellatio, pariter nec ab eius executoris & executione, & latè cõprobat Gratian. Rebuff. & Marefcot. post alios locis proximè citatis n. 12. quia actus non attribuitur gerenti, sed mandati, ut alibi in simili proposito latius diximus pluribus comprobantes, nempe 2. p. c. 3. per totum.*

19 Nam certum est, quod quando à sententia aliqua, vel quia est priuilegiata, vel quia transit in rem iudicatam, sint vel tres conformes: appellatio non admittatur, pariter nec ab eius executoris, & executione, *l. ab executeore ff. de appella. l. ab executeore C. quorum appellat. non recip. l. executeorem C. de appellatio. optima l. quoniam iudic. ibi, appellationem suscipere recusauerit, quæ non contra executionem, sed aduersus sententiam, & c. de appellatio. & facit *l. si qua pœna. ff. de verbor. signif. nam taliter appellans ab executione facta vigore rei iudicatæ, obligationis cameralis aut quarentigiatæ, præsupponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negat consequens; scilicet: illorum executionem, & sic nihil agit. ita eleganter dicit Gemina. conf. 99. incipit super primo. n. 3. allegans ad id, Ioannem Monachum, Gallesium in tract. de camerali 3. p. in c. de quaestionibus varijs post processum incidenti num. 10. cum tribus seqq. Marquestia. de commissi. 2. p. c. 2. num. 11. Hieron. Gonzal. in regul. de mensi. gl. 9. in annota. num. 221.**

21 Altera etiam ratio est, quoniam isthæ appellatio ab huiusmodi sententia legali interiecta est contraria iuri, ac ideo dicitur friuola, frustratoria, & calumniosa, quæ nec est admittenda, nec ei deferretur, nec causat attentata. probat text. in *c. peruenit. ibi, frustratorix dilationis causa) de appellat. iuncto text. in d. c. relatum de clericis non residen. & probat Salgado de protect. Reg. Tom. 11.*

expressè dicta decisio Rotæ 310. apud Seraphinum supra relatum. Gemina. & Abb. in *c. consuluu 3. de appell. Socin conf. 39. col. 6. in 4. volum. Marant. de ordin. iudic. 6. p. tit. de appell. n. 171. & cum illi resistat ius, cuius præsumptionem contra se habet, appellatio non permittitur, & licitum est iudici, ad vltiora procedere, Rota decis. 234. aliàs 35. de appellatio. in nouis. incipit si Rector. Alciarius conf. 68. incipit gubernatorem n. 9. volu. 6. optimè Capuraq. decis. 328. 1. p. n. 2. & per totum. Mandos. in tract. de monitorijs q. 77. per totum. vbi dicit: aliquo appellante à monitorio, ut intra ali- quod tempus accedat ad residendum beneficium, appellatione non obstante, potest Episcopus ad vltiorem iuris executionem procedere, quia huic tali resistit ius commune, cuiusque recurrit, appellationi, & reclamationi, ac ita nõ audiatur. & idem Alciarius in conf. 3. incipit in hac n. 2. & seqq. lib. 6. vbi dicit, quod interposita appellatione à correctione, quia ei ius commune resistit, & cõtra appellentem præsumatur, attentata non sunt reuocanda. & facit quod dicit Ancara. conf. 410. n. 7. & 8. Tufcus conf. 397. 1. tomo, quod appellatio, quæ interponitur à canonico super honesta correctione apposita per Capitulum, cum sit friuola, potest Capitulum (causpreta) ad vltiorem executionem deuenire. & idem de appellatione à correctione facta per ordinarium, ut pariter tanquam friuola deferre non teneatur. probat expressè Trid. sess. 13. c. 1. ad fi. & ideo appellatio dicitur friuola interposita ab interlocutoria expressa minus legitima causa, vel expressa aliqua reprobata à iure, Corneus conf. 193. pro decisione primi, in fi. n. 17. Escacia de appell. q. 2. sub n. 48.*

Quia quando appellatio est iuri cõtraria, non causat attentata, probat, vltra supra dictos Bald. referens Ioannem And. in Nouella in c. si. col. 1. quo tempore miles. & secundum Innocentium in *c. bonæ. de appellatio. Gregor. Lopez in l. 26. tit. 23. gl. 5. ad medium. quemadmodum, & è conuerso appellari licet à denegante beneficium cõcessum per ius commune. quia vbi denegatur obseruantia iuris communis, ibi inferretur grauamen, ita per Bald. conf. 378. num. 2. lib. 5. tenet Cardinalis Tufcus 1. tom. concl. 359. tit. de appell. ab interlo. an admittatur & quando. n. 39. litera A.*

Deinde & aliã rationem reddamus. nam cum appellatio iniuratur iustitia, Matth. de Afflict. decis. 341. n. 4. etiam causa immediata appellationis est iniustitia, iniuria, & grauamen *c. suggestum in fi. cum cessante de appellatio. Petrus Surd. conf. 102. n. 13. 1. p. ac ita tunc dicitur friuola; quando interponitur sine legitima causa, ut quia appellat, vbi non est grauatus iniuste, & tunc dicitur vana, & ina-*

f nis,

nis, vt per Geminia. dicit Marant. *de ordin. iudicio* 6. p. tit. de appellat. n. 336. ius enim neminem grauat, imò ius & iniuria opponuntur inuicem. *l. meminim C. unde vi. l. 2. C. de indic. vidus. tollen. l. 1. C. de ijs qui veniam etat. impetrau. c. 2. 16. q. 6. pariter atque nec iuris executio, nec iudex exequés, quia facit lege permitte. c. qui peccat 23. q. 4. l. Gracchus. C. de adulterijs. ergo nõ poterit appellari. & hæc rationem ita tradit Abb. in d. c. consuluit el tercio sub n. 3. de appellatio. cuius supra meminimus. probantis nostram conclusionem. Pro quo facit, quia iuris executio non habet iniuriam, *l. iniuriarum §. 1. ff. de iniurijs l. quemadmodum l. Magistratus ff. ad legē Aquil. Prosper. Farinac. in tract. praxi crim. 1. tomo q. 5. sub n. 17. vbi etiam dicit, quòd cõpulsio necessaria & probabilis actum non vitiat, per text. in l. 1. ff. si quis omiffa causa restam. gl. in l. interdum ff. quod falso iutore, auctore. & huc etiam pertinet, quod dicit l. fin. in ff. de appellatio. recipiendis.**

33 ibi: item quominus pignus vendere liceat, appellari non possit. nam cum hæc facultas liberè sit creditori à iure permiffa; puta: quãdo creditor adiuit iudicem, & per sententiam iudicalem expectato biennio obtinuit dictam licentiam, vel aliter per denuntiationem, iuxta text. in l. fin. §. fin. autem el primo C. de iure domini impetrau. ac iure suo vtêdo, creditor neminem grauat, qui enim iure suo vitur nemini facit iniuriam, ex regula iuris, vt per gl. in d. l. fin. verbo vendere ff. de appella. recipi. vbi B. & ceteri. vide quæ circa pignoris venditionem dixi infra 4. p. c. 7. ad fin.

Et hinc venit, quod inquit Ioan. Garcia *tract. de nobilitate* gl. 11. §. 1. n. 9. quòd quotidie in supremis tribunalibus dantur mandata Regia, vulgò prouisiones ordinariæ contra particulares, & iudices ipsi inauditis, quia nulla excufatione vitari possunt, etiam illis partibus contradicentibus, nec vnquam interponitur supplicatio ab istis mandatis, & si quis supplicationem interponat, tum puniuntur, tum non audient. reddit rationem ipse Garcia in comprobationem, quia à præcepto legali, non est licita appellatio, gl. fin. in c. consuluit, de appell. vbi Abb. n. 3. lex enim neminem grauat, ac subinde nec exequens ipsum ius, ex d. c. qui peccat 23. q. 4. d. l. Gracchus.

Quare cum isthæc appellatio iuri contraria sit, ac iustitia destituta, & eius fomento careat, minùs legitima reputatur. enimuerò appellatio quæ caret effectu, & nõ habet admniculum iuris, non impedit executionem, docet Bald. in c. pastoralis col. 2. de off. deleg. III. in cons. 187. col. 6. vers. vbiunque Rolãd. à Valle cons. 77. n. 2. 1. volum. 2. tomo 1. & rectissimè friuola dicta est ex supradictis. quia quemadmodum corpus, quod caret anima, & spiritu

vitali, frigidū manet, ita appellatio, quæ caret iure, cuius est propria vita, & scientia, vt friuola mortua censenda est. Quæ declaratio appellationi friuolæ magis quadrat, quàm tradita à Budæo in annotato. ad Pandect. ad l. solutum. §. solutum, de pignorat. actione. vt friuola esse dicatur, quæ informia, & fragilia sunt, & ex eius descriptione etiã apparebit, atque cum iustitia careat, iuste denegatur delatio. imò appellatio friuola dicitur inanis, & vana; Maranta in *Specul. 6. p. actū 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur* n. 347. Efficacia de appell. q. 2. n. 48. vbi etiam dicit ad fin. verbum friuolum importare caducum, vel inutile. Geminia. in d. c. cum appell. n. 5. de appell. in 6.

Cum appellationibus friuolis nullus deferat, nec sit à iudice deferendum, cum appellationibus friuolis, de appellat. lib. 6. imò talis appellatio manifeste friuola, & calumniosa potest regulariter à iudice reici, & (ea non obstante) ad vteriora procedere absque attentatorum vitio. Barr. in l. 1. §. interdum ff. à quibus appellare non licet. Fel. in c. de cetero n. 11. de re iudic. & in c. licet causam, n. 5. de probationibus. *Specul. in tit. de appell. §. nunc dicamus. n. 8. vers. item appellatio pendet.* Andreas Barba. in additio. ad Bald. in vers. habet locum. in c. 1. §. sanctimus. tit. quo tempore miles inuesti. per. deb. Innocent. in c. dilecti de exceptio. idem Innocent. & Bald. in c. pastoralis de off. delegat. Abb. in c. consuluit el 3. de appellatio. Philip. Franch. in c. vbi debetur n. 47. de appell. Socinus cons. 39. col. 6. lib. 4. Guido Papæ dec. 213. statuta n. 6. & in tract. de appell. q. 12. Marant. de ord. iudic. 6. p. tit. de appell. n. 17. Aufertius in additio. ad decisiones Tholoſa. 500. quæ est h. ad med. Anton. Corfetus in singulari verbo appellatio. incipit regula est. vers. limita. 2. & seq. Vantius in tract. de nullita. in tit. quoties & intra quod tempus. n. 48. & in tit. de null. ex defectu iur. ordi. sub n. 142. post Rotã dec. 75. aliàs 356. nota quod de appella. in antiq. Aguid. dec. 239. incipit in causa. Parisius cons. 49. ad primum n. 1. lib. 4. Carrerius in praxi cri. in 1. tract. de appell. non recipien. ad l. obseruare curabis in prin. n. 7. & 8. C. quorum appell. nõ recip. Contar. in l. vnica C. si de momen. poss. fuer. appell. in 7. limi. n. 41. & seqq. Bertazola in cons. 404. n. 1. & ibi in additio. volu. 4. & in eisdem additio. cons. 384. litera A. eodem volum. 4. & in terminis, vt huiusmodi appellationi friuolæ iudex Ecclesiasticus nõ deferens vim nullã cõmittere dicatur, notat noster Gaspar Rodrig. in tract. de redditibus annuis lib. 1. c. 17. n. 67. & noster Perez de Lara in tract. de annu. vers. Capell. lib. 2. c. 11. sub n. 8.

Et cum à iure, non omnes modi, quibus cognoscitur, & detegitur calumnia appellatio friuola, potuerunt diffiniri: propterea iudicis arbitrio esse hoc remissum, scripserunt

runt Marſi. in l. quæstionis modum n. 45. ff. de quæstio. Menochius de arbitra. iudic. lib. 2. casu 197. n. 7. Cæsar Contard. in repetitio. l. vnica. C. si de momen. poss. fuer. appell. n. 40. Lancelot. Robert. de autentat. 2. p. c. 12. in 6. limi. n. 3. & seqq. Claud. Bertazzo. ad consilium Bertazzoli patris, 348. in additio. litera A. quapropter si iudex (cum eius arbitrio hoc sit relictum) arbitratus fuerit, appellationem in aliquo casu friuolam esse, & calumniosam, ea nõ obstante, ad executionem procedere potest, vt loquendo in appellatioe à decreto torture, scripsit Baiardus ad Clarum in q. 64. n. 85. vbi affirmat, ita seruari in statu Ecclesiastico, allegat Foller. in pract. crim. in 3. p. principali n. 50. Prosperus Farinac. in tract. crim. tomo 2. q. 38. num. 27. vide n. 57. quomodo hoc arbitrium sit regulandum.

44 Illud tamen potissimum iudex in ea discernenda præ oculis est habiturus, in quo omnes conueniunt; vt illa regulariter dicatur friuola appellatio, quæ prodesse nihil potest, nec vllum vnquã iuris effectum sortiri, ita eleganter Geminianus in c. cum appellatioibus friuolis col. 2. vers. quæro quid importet, & c. de appellatio. lib. 6. Philip. Franch. ibi, in prin. Geminianum referes sequitur Marant. de ord. iudic. 6. p. tit. de appell. num. 336. & per Ioan. Andream in clem. si ante, de dolo & contumacia. Rota dec. 58. aliàs 417. si appelleretur n. 5. de appellatio. in nouis. Rebuff. in comment. super concordia. Franc. in rubr. de friuolis appellatio. Lancelot. de autentat. 2. p. c. 12. limi. n. 3. & 4. Menoch. de arbit. iudi. 197. lib. 2. cent. 2. n. 5. & 6. (vbi egregie agit de hac dictione, friuola) & per Geminia. sequitur Manuel Rodrig. in quæstio. regul. tomo 1. q. 8. art. 13. & ex Francho & Maranta sequitur remissuè ad eos nostras Gaspar Rodrig. in tract. de annu. reddit. d. lib. 1. q. 17. n. 67. & 68. & hoc etiam in effectu sentit Rolandus à Valle volum. 2. cons. 77. n. 2. 1. tomo 1. dum ex aliis dicit; quòd appellatio, quæ caret effectu, & non habet admniculum iuris, non impedit executionem. Et conuenit, quod dicit Efficacia de appellat. q. 2. n. 50. ad fi. quòd appellatio calumniosa dicitur non solum illa, quæ in eius interpositione apparet talis, sed etiam quæ talis detegitur in fine causæ.

47 Et hoc principaliter potest constare, & parere ex causa proposita in ipsa appellatioe, quæ quidem vtique attendenda est, vt rei qualitas cognoscatur, an friuola, frustratoria, ac calumniosa sit, probat Contard. in d. l. vnica. C. si de momen. poss. fuer. appell. in 1. q. n. 35. & sequitur Prosper. Farinac. vbi supra n. 27. in prin. Etenim illa dicitur friuola appellatio ab interlocutoria; sicut; in qua nulla exprimitur causa, vel exprimitur minus legiti-

ma, seu est reprobata, aut falsa, & quando interponitur sine legitima causa, vteputa, quando quis non grauat, Corneus cons. 193. pro decisione primi dubij in fi. n. 17. lib. 2. Franch. in c. vbi debetur honor num. 2. de appell. Maranta in *specul. 6. p. actū 2. in verbo, & quandoque appellatur*, n. 347. fol. 509. Cæsar Contar. in l. vnica q. 1. n. 37. Efficacia de appellat. q. 2. n. 48. & lib. 1. causarum ciuil. c. 97. n. 85. Contar. in d. l. vnica q. 4. n. 14. Philip. Franch. in d. c. vbi debetur honor num. 11. vers. secundo tenementi, de appellat. Efficacia d. q. 2. n. 47. & sub num. 48. dicentes, quòd appellatio legitima illa dicitur, quæ interponitur ex tali causa, quæ si esset probata, reputaretur causa legitima, aliàs autem ab interlocutoria non tenet.

Et ideo per contrarium dicit Marant. vbi supra tit. de appellatio. sub n. 345. vbi dicit per Philip. Franch. in cap. consuluit el 3. & in c. de priore de appell. quòd licet ab actu, qui sit secundum legem, & iuris dispositionem, & canonicas sanctiones, iudicæque eas exequente; non licet appellari: tamen si in appellatioe inseratur talis causa rationabilis, per quam specialiter in illo casu admitti deberet; pariter atque etiam & ipsa appellatio admittitur. quod declara: vt & nos alibi commodiori loco explicauimus, quod pluribus comprobat exemplis Contard. & quando apparet euidenter esse calumniosam, & friuolam: tunc reiciendam, cum in nulla instantia, quocunque vadat (iure attempto) potest effectum sortiri, ius siquidem est certum, & vniuersale, & vbi que idem operatur, ex his quæ latè Fel. in c. exceptio. n. 40. de exceptio. Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. q. 53. n. 6. & 9. & vide inferiùs n. 63. & seqq.

Quoniam qui frustra aliquid facit, nulliter facit, etiam ipso iure; vult Iur. in l. penult. §. crimen in fi. & ibi clarius Immola ff. de publicis iudicij. Salicetus in l. quamuis. C. de adulterijs. Dominicus post Ioan. Andream in c. 1. col. vlt. in prin. de accusat. lib. 6. Panormit. in c. veniens col. fi. & ibi Areti eodem tit. Panorm. in c. quia frustra col. 2. de vsuris 4. Fulgol. cons. 150. quidam ciuis. col. penult. vers. rursus & 3. Areti in l. verbis ciuilibus. per illum text. & ibi Ill. in 2. nota. ff. de vulgari. & in l. centurio col. 9. eodem. vbi etiam dicit hanc dictionem (frustra) significare deesse potentiam faciendi, & ibi quoque Ill. col. 10. vers. in ea glossa. ibi vt modò. Alexan. in l. cum ea que. & ibi Ill. ad fi. & Iac. à S. Georgio C. de transactio. Barba. in c. prudentiam, de off. delegat. & cons. 454. scribitur apud Prophetam, col. 2. lib. 1. Alexand. in l. 1. §. si quis ita. col. 2. in prin. & ibi apertius Curtius Senior in additio. ipsius ff. de verbor. oblig. Felin. in c. Rodolphus col. 2. 1. vers. frustra aliquid fieri, de rescript. Corfetus singulari, verbo, nihil agit.

& probat text. in l. si tutor. C. in quibus caus. in int. res. non est necessaria. l. in dubio. C. de tuto. vel curat. qui non satis. & in l. ex consensu. §. cum prator. ff. de appellat. & in l. si causa. C. de trasact. l. tutelam. §. impuberi. ff. de testam. autel. iunc. l. 1. C. eod. & l. iuris prator. §. vlti. ff. de excusa. tuto.

54 Et tunc illo in casu iudex arbitrabitur, appellacionem esse friuolam, & calumniosam; quādo videbit in processu, apparere legitima ad torquendum indicia, & ea nō fuisse purgata in termino, concessio reo ad faciendum suas defensiones. vt & bene considerat Carretius in practi. 1. tract. de appella. ad l. obseruare curabis. C. quorum appell. non recip. §. vigesimus primus casus est. n. 2. & melius per Foller. in practi. crimi. verbo, & si consistebuntur in 3. p. sub n. 50. vers. quod puto esse, & est de mente glossae in l. 2. ff. de appella. recip. in verbo, si contra. Cyrillus in summa crimina. rubr. 3. 1. de appella. §. si. n. 2. in si. fol. 170. colu. 1. Prosper Farina. vbi supra 2. tomo q. 38. n. 28. qui num. 30. late examinat: an hoc casu iudex debeat esse certus de calumniosa appellacione; an sufficiat, esse in dubio, an frustratoria sit, vel non.

55 Enimverō supraposita à nobis tradita cōclusio; vt appellacioni friuolae iudex nō deferens vim facere non diceretur, cum eā possit reijcere, & ea nō obstante, sine attentatorum vitio queat ad vltiorē executionem procedere: est vtique intelligenda, & declaranda, vt locum habeat, quādo appellatio euidenter est friuola, & caluniosa, secus in dubio, siue dubium sit iuris, siue facti. ita Innocent. in c. pastoralis sub n. 3. vers. ad hoc. & ibi Bald. nu. 3. de off. delegat. lll. in l. 1. in 1. nota. C. de honor. poss. secundum tabulas. & in l. praes. n. 4. de re iud. Philip. Franch. in c. a iudic. 2. §. de appella. in 6. vltra eos, quos allegat & sequitur Contard. d. l. vnica C. si de moment. poss. q. 1. num. 41. cum segg. Lancel. Robert. de atenta. 2. p. c. 12. limi. 6. n. si. allegans lll. in l. praes. n. 4. ff. de re iudi. A finium in praxi iudi. §. 3. 1. limi. 2. num. 8. in si. plures (loquens specialiter in appellacione à tortura) vide per Farinacium loco proximè citato, & vide Contardum ibi, qui declarat, quādo appellatio dicatur euidenter, & notoriè caluniosa & friuola.

57 Et ideo cum nuper diximus, quam esse appellacionē friuolam & calumniosam, relinquere arbitrio iudicis, dicit Escacia tractatu de appel. q. 2. n. 50. post Aluar. de Ros. in l. tutor. 4. 1. n. 2. ff. de usuris, quōd iudex non debet appellacionem arbitrari friuolam, nisi eam, quae notoriè apparet inutilis, & caluniosa. illamque dici appellacionem friuolam, quae est manifestè friuola, aliàs quādiu non apparet manifestè friuola, sed remanet disputandum, an sit friuola, non dicitur friuola, & sic euidenter talis debet constare. vt quan-

do quis appellauit ab electione, dicens electum esse monoculum; cum appareat cōtrarium; scilicet, duos habere oculos. vel quādo appellat, ne quis prouidus, literatus, aut honestus eligatur; aut quādo vltra decem dies appellat, Escacia vbi proximè & lib. 1. causa. ciuil. & crim. c. 97. sub nu. 85. vbi alia exempla de appellacione manifestè friuola.

Item appellatio dicitur friuola notoriè, interposita super inepta petitione; vt puta: quādo quis in causa recusationis petit, quōd eligatur arbitri, vbi eligendi non sunt, iuxta ea, quae leguntur, ac notantur in c. si contra vniū de off. delega. lib. 6. quia tunc propterea appellatio interiecta, erit friuola, Oldral. cons. 302. in princ. n. 2. & 9. vel quādo is, qui appellat, non grauat, quia cum sententia non tangit. Fulgos. cons. 165. n. 2. vbi late, & verumque casum probat Cardinalis Tuscus concl. 397. tom. 1. vbi etiam idem dicit: quādo procurator consentit, & in iudicē, & locum, & principalis Dominus allegat illos suspectos, vt per Ancaranū cons. 158. n. 29. & segg.

Quibus cōuenit, quōd dicit Phil. Franch. in c. si duobus. in prin. de appellacionibus, quōd ille, qui non grauat ex sententia, nullo modo auditur appellans. c. non solent. 2. q. 6. c. vt debitur de appella. secundum Innocent. in d. c. si duobus in prin. ac ideo qui obtinet sententiam pro se, aut qui non est grauatus ex sententia, non potest appellare, nec appellatio deuoluit causam. vt tenet Innoc. in c. breui de iureiur. Bart. in l. si. C. quādo pronocare est necesse, colu. 4. pro quo facit itē text. in l. si seruus plurimum. §. si hereditate. ff. de legat. 1. & ibi Bart. in fin. quōd dicit notandū Franch. vbi proximè.

Item & illi appellacioni, tāquam friuolae, non est deferendum, si interponatur ab aliqua admisione articulorum, puta, appellacionis, aut instrumētī, facta (si & in quantum de iurē potest, &c.) quia iudex admittens aliquid (si & in quantum) neminem grauat, ac ideo appellatio non admittitur, ita Immola in l. iudex in si. ff. de re iudi. Natta cons. 32. n. 8. Cardinal. Tuscus vbi proximè d. concl. 397. tit. quādo dicatur appellatio friuola. quoniam hoc casu cum ius sit certum, si de iure non debeat fieri, nec admitti; ita nec admissa remanet, nec cōfertur à iudice admissa, secundum Ruinum consil. 61 in lite n. 27. lib. 5. Rolandus à Valle consil. 77. viso n. 18. lib. 2. Alciatus consil. 409. n. 3. Pedemont. decis. 5. n. 9. vers. nec obstat clausula. Natta consil. 56. nu. 5. lib. 3. Menoch. de recuper. poss. rem. 9. num. 33. 1. & nos alibi diximus latius.

Et his addere potes, quōd cum ad probandum nō admittatur quis, ad id quo probato non releuat, nec prodesse potest; puta: quia res cōsistit in iure, vel quia cōfiteretur à parte,

parte, & similia, l. ad probationem. C. de probatio. & per Cornel. Dnyum, & Immolam dicit Rolandus à Valle consil. 47. num. 28. volu. 3. 65 ibi, si ab hac denegata probatione pars appellacionem interponat, deferendum tāquam euidenter friuolae non est; ex his quae superius dicta sunt, quia nihil hāc appellatio prodesse potest, sicuti nec ipsa probatio, quia fieri non debet, quōd factum non releuat. l. 2. in si. ff. si quis in ius vocatus non ier. l. arbitror si calendis. ff. de arbitris. multos citat Paris. consil. 100. num. 45. volum. 1. Craucta consil. 802. num. 15. Petrus Surd. decis. 260. num. 5.

66 Et hinc est, quōd impitari non debet alicui, vt non fecit, quōd factum non profuisset, Bald. in consil. 145. colu. 4. volu. 3. Castreñsis consil. 74. in si. volu. 1. Parisius vbi supra n. 94. Craucta consil. 15. n. 16. Beccius consil. 100. num. 10. quia frustratorij actus sunt euitandi, l. haec stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nomi. caueatur. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procurato. cap. 2. de probatio. l. 1. ff. quod metus causa. l. 1. in si. ff. ad municipa. §. quibus in prima constituit. codicil. l. 3. in princ. ff. de iureiur. lex enim abhorret frustratorios, & superfluos actus, l. vnica C. de thesaurarijs lib. 10. d. l. 1. in si. ff. ad municip. Petrus Surd. vbi supra num. 7. ac ideo dicimus, quōd pars, quae plenè probauit, licitè recusat iuramentum sibi oblatum. cap. 2. vbi Doctores, de probatio. Gloss. in l. admonendi ff. de iureiuran. lll. in eius repetitione n. 79. & n. 266. Alexand. in l. manifestè n. 4. ff. eadem. Neuiz. consil. 7. n. 6.

67 Ex hac etiam ratione non sunt admittendi articuli impertinentes, nihilque releuantes, cap. cum contingat de officio delega. Bart. per illum textum in l. si duo. §. idem Iulianus. vbi lll. num. 13. de iust. & iure. Card. Paris. consil. 97. num. 131. volum. 1. & consil. 67. n. 14. volum. 4. Craucta consil. 23. num. 4. & pluries in Rota ita fuisse tentum, decisionis referens dicit Flami. Paris. de resigna. tomo 2. lib. 1. 1. quae. 10.

69 à num. 5. qui dicantur articuli impertinentes, vide Crauctam consil. 5. num. 18. Quibus proxima sunt, quae optimè disputat, & refoluit Perez de Lara de anni & Capella. lib. 2.

70 cap. 9. à num. 46. vsque ad finem. an Patronus teneatur praesentare intra terminum edictorum, cū habeat tempus à iure 4. vel 6. mensium, & quādo ad id tenentur, vel quādo possit petere eorum prorogationem, alio instante, vel non instante pro probatione. & an sit audiendus petens dictam prorogationem edictorum pro tempore sibi à iure praefixo ad praesentandum, interim dum aliquis, quem praetendit praesentare, ronsuretur, vel ordinetur ordine requisito ad beneficium, quia dicta clausula semper apponitur in parte necessaria, siue alteri sit ius quaesitum, vel Salgado de protect. Reg. Tom. 1. 1.

non, vide per eundem vbi multa.

Et quia appellans frustratorie est in dolo, 71 & lata culpa, Bald. in l. iustores §. tutor ff. de administratione iustorum. Bertachi. verbo appellans teneri n. 120. ante si. ad iudicis officium 72 pertinet, vt illa corrigat, & reformet quae dolo, vel malitia fiunt à partibus lite pendente, Bald. in l. 3. C. de appellatio. Gregor. Lopez in l. 26. tit. 23. p. 3. gloss. 5. ad medium, Matthaeus de Afflictis decis. 354. num. 19. ad fin. iudex enim tenetur calumniis obuiare, & 73 exceptiones ad intriandum, & procrastinandum iudicium oppositas, etiam ex officio repellere, secundum Innocentium in c. post electionem de concessione praebende. cum aliis per Foller. allegatis, in practica crimi. in verbo, & si consistantur in 3. p. 3. partis post n. 50. & per Menoch. de recuper. poss. rem. 15. num. 326. & sequenti, & loquendo in appellacione frustratoria, & friuola, ita dicit etiam Farinacius in tract. crimi. 2. tomo, quae. 38. num. 25. & facit quod supra circa descriptionem appellacionis friuolae dictum est, vt tunc cognoscatur, quādo nullum iuris effectū potest fortiri. & sic ad alios similes huius casus poteris inferre, discurrere, & applicare. sed hāc pro exemplo sufficientem, omnem referre, foret in infinitum progressus.

Quibus & illud conueniens non omittamus, quōd literae Apostolicae expeditae super prouisione alicuius beneficii, semper continent clausulam (appellacione remota) seu (appellacione postposita) quae clausula excludit effectum suspensiuum appellacionis, & excusat ab attentatis. c. pastoralis §. praeter ea de officio delegati. c. iura nobis. in si. de decimis. Franc. in cap. bone num. 36. de appellatio. quae clausula quādo non est apposta praecedente causae cognitione super prouisione ipsius beneficii, parum, aut nihil operatur quia intelligitur solummodo, de appellacione friuola, quae exclusa per dictam clausulam censetur dumtaxat, non autem legitima, & legitime interposita, gloss. verbo ante sententiam, in si. in c. vt debitur honor. 53. de appellatio. Gloss. 2. in c. ex parte 13. de offic. delegati. Ioan. Selua de benefi. 3. p. quae. 13. num. 9. Gregor. Lopez in l. 70. gloss. 4. tit. 18. p. 3. Puteus decisionem 328. n. 1. lib. 2. Lancelot. Robert. de atenta. 2. p. c. 12. limi. 8. num. 42. 43. & 44. Hieronym. Gonzal. de mensib. & alter. gloss. 9. in annotat. num. 244. & supra, nec dicta clausula (appellacione postposita) aliquid operatur, 76 quādo constat de notorio grauamine, Decius consil. 49. n. 2. lib. 1. Ruin. consil. 82. viso n. 1. lib. 5. Puteus decis. 414. num. 2. lib. 3. Lancelot. vbi proximè à num. 28. cum sequentibus, quia dicta clausula semper apponitur in parte executiua literarum, & non cōprehendit f 3 contradi

contradictores de iure, sed solum refertur ad contradicentes de facto, cum generale verum sit, quod clausula apposita in parte executionis gratia, vel cuiuslibet actus, nunquam auget gratiam, vel actum, nec tollit subreptionem, *dem. 1. in fi. de prebendis*, vt late hoc explicat & egregie declarat Hieronym. Gonzal. *vbi proxime d. glo. 9. a num. 241. vsque ad num. 245. vbi late de effectu*, & natura huius clausule. ad quod etiam videndus est Couarru. & ab eo relati in *pract. questio. c. 26. n. 6. in fi. vers. effectus*, Puteus *decis. 147. lib. 2. plenissime Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limi. 8. a princ. & per totam*, vbi ponit ad dictam clausulam Regulam cum quinque ampliationibus, & duodecim limitationibus, & pluribus declarationibus, quem videas.

Et aliqua nonnulla circa hanc materiam friuolæ appellationis, an ei iudex deferens à 79 fe abdicet iurisdictionem, ita vt ad vteriora non queat procedere: vel an inhibitiò à superiori iudice ad quem emanata, executionem impediatur, & causet attentata, & de aliis pluribus similibus, vide multa per Lancelotum Robertum de *attenta. 2. p. c. 12. limi. 6. per totam*. licet quoad inhibitionem multum eius resolutioni officiat Concil. Trident. *sess. 13. de reformat. c. 1. ad fi. ibi*, Nec Episcopus, seu eius vicarius appellationi huiusmodi, tanquam friuolæ deferre teneatur; sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, &c. non obstante, ad vteriora valeat procedere, &c. quo constat inhibitionem vigore appellationis friuolæ emanatam non cassare attentata, nec impedire executionem permissam aliàs à iure, *in xta. c. cum appellationibus friuolis, de appellat. lib. 6. de quo nos latius 2. p. c. 10. à n. 80. cum seqq. vbi copiose videre poteris veram resolutionem*.

80 Vnum non dissimulabo, vt tunc appellatio cognoscatur esse friuola, quando à parte proposita ab aliqua sententia, seu decreto, & iudex illam aliqua iuris ratione motus tanquam friuolam reiecit, & pars huic reiectioni, & facto iudicis non contrauenit, ac contradicit appellando, sed acquiescit: videtur, & censetur consentire, & cognoscere, eam esse friuolam, ac ita talis iudicanda est, ita Cardinalis Zabarella *consil. 32. per quem ita adnotauit Cardinalis Tuscus 1. tomo cõcl. 397. ante fi. tit. quando dicatur appellatio friuola*.

81 Vltimo notandum, posse iudicem à quo excommunicare friuolæ appellentem, tanquam contumacem, Ab. Philip. Franch. Cardina. Alexan. & Decius in *c. sollicitudinem 44. not. 1. num. 1. de appell. Efficacia de appell. quest. 2. num. 5. 1. in fi.* & nos alibi diximus.

82 Quid autem, vbi alicui iuris & de iure præsumptio aductatur, an huiusmodi con-

demnatus præsumptione audiatur appellas, & quod eius appellationi deferendum non sit, probatur euidenter. nam qui contra se habet huiusmodi præsumptionem; dicitur conuictus, & confessus, qui nullo modo regulariter appellat, vt diximus late infra in *c. de criminalibus. c. 14. & in specie per hanc rationem probat Bald. in l. si bi qui num. 2. per illum text. C. ad l. iul. de adulter. Alex. in additio. ad Bart. in l. 2. litera C. in fi. C. quorum appell. Marfi. in l. 1. num. 157. C. de raptu viug. & idem Marfi. in rubr. C. de probatio. num. 264. & idem Marfi. in *singul. 116. incipit. præsumptio iur. & de iure. Eucrar. in controu. lega. in arg. à verisimili n. 18. Brun. de indic. & tortu. p. 1. quest. 4. num. 16. in fi. Carrerius in practi. cri. in 1. tract. de appellatio. §. quartus casus est. num. 1. & seqq. Paul. Castrenf. in l. 2. num. 2. in fi. C. quorum appell. Nicell. in tractatu de concor. gloss. concord. 6. fall. 3. num. 21. fol. 121. Farina. in practi. crim. quest. 101. cap. 2. à n. 124. in meis, idem. 3. Menochius de præsumpt. lib. 1. quest. 76. per totum, Carrerius *vbi proxime reddit rationem, quia huiusmodi præsumptio iuris, & de iure non recipit probationem in contrarium, ex qua ratione & bene (cum Mascardo per eum citato) infert à ratione cessante Farina. vbi proxime num. 125. quod in omnibus, in quibus præsumptio iuris & de iure recipit probationem in contrarium, in eisdem etiam casibus condemnatus tali præsumptione appellare potest. & quales ij sint casus, in quibus præsumptio iuris & de iure admittit probationem in contrarium, vide exactissime Menochium de præsumptio. d. lib. 1. q. 61. cum pluribus seqq. vbi etiam, quales sint præsumptiones iuris & de iure, condemnatus autem sola iuris præsumptione non prohibetur appellari, quia semper admittit probationem in contrarium. ita Menoch. d. q. 76. in fi.***

CAPVT VII.

A sententia declarante, beneficium incompatible vacasse, mandantéque providere personæ idoneæ; appellationi interpositæ an Iudex Ecclesiasticus vim faciet; non deferens, procedentéque eius ad executionem.

S V M M A R I V M.

Declaratoria sententia, aliquem incidisse in penam ipso iure impostam, an sit necessaria. n. 1. Clericus priuatus beneficio ipso iure per ademptionem secundi, an ad declaratoriam sententiam sit necessariò citandus. n. 2.

A pena

A pena per legem ipso iure imposta licet non sit licita appellatio, tamen à declaratoria aliquem in eam incidisse, illam admittit quoad utrumque effectum. n. 3.

Incompatibile obtinens ob non residentiam an possit de facto spoliari, vel an prius debeat citari, & audiri. n. 4.

Incompatibile obtinens sententia an requiratur diffinitiva ad priuationem, & an appellationi ab ea deferendum, decernat Senatus Regius aditus per viam violentiæ. n. 5.

Appellationi à sententia declaratoria, beneficium incompatible vacasse per ademptionem pacificæ possessionis secundi, non esse deferendum, verius demonstratur. n. 6.

Incompatibile beneficium ipso iure vacans potest liberè ab ordinario conferri absque declaratoria sententia, nec citatione possessoris. n. 7.

Possessore priuato ipso iure, potest alius eligi absque alia sententia priuationis. n. 8.

Beneficium quando vacat ipso iure per obtentionem secundi, non est necesse iudicem adire pro sententia declaratoria priuationis. n. 9.

Incompatibile beneficium quantum ad iuris effectus vacans est, & idco in eius collatione & provisione nulla requiritur possessoris citatio. num. 10.

Possessor priuatus ipso iure per ademptionem secundi incompatibilis si ad collationem de iure vacantis non fuit citatus, tamen possessio facti, & detentatio auocari ab eo non potest, nisi citatione premissa. n. 11.

Text. in c. licet Episcopus de prebend. in 6. explanatur. ibidem.

Executor Apostolicus ad tradendam possessionem beneficii vacantis ipso iure provisio tradere non debet, nec à detentatore auferenda, nisi isto prius citato, quando ad eius provisionem citatus non fuisset. n. 12.

Quod extenditur ad omnes priuationes ipso iure. num. 13.

Dominium licet sit amissum & publicatum ipso iure, non tamen possessio, que est facti. n. 14.

Notorie vbi constat, quem esse priuatum beneficium ipso iure, vel quando in sententia declaratoria possessor vocatus fuit, aut etiam in collatione vacantis beneficii, ipso iure possessio auocari potest à detentatore absque alia citatione. num. 15.

Et ita procedunt Doctores indistinctè tenentes, posse à possessore primi beneficii incompatibilis amoveri. ibidem.

Causa cognitio qua est adhibenda in tollenda possessione à detentatore ob vacationem ipso iure, debet esse summaria. n. 16.

Beneficium incompatible cum vacans sit per sententiam legalem, nihil aliud remanet faciendum, quam ipsa nudi facti executioni. n. 17.

Nec tunc ordinarius aliud agit nisi vt iuris exe-

cutor & minister, illam legalem sententiam executioni tradit. ibidem.

Sententia iudicis non debet esse melioris conditionis, quam sententia iuris, & quemadmodum ab illius executore non appellatur, ita nec debet appellari ab executore iuris. n. 18.

Detectus per iudicem à beneficio vacante ipso iure, premissa citatione, non est restituendus. num. 19. & 21.

Priuatus ipso iure si spoliatur à priuato (auctoritate tamen iudicis) restitui non debet, quem excludit exceptio priuationis ipso iure. n. 20.

Ordinarius liberam facultatem & potestatem habet à iure providendi beneficia incompatible vacantia ipso iure per pacificam possessionem secundi. n. 22.

Plurima iura canonica ad idem expressa explanantur ibidem, appellationem non esse admittendam à iudice, cuius facultati seu libero arbitrio aliquid de iure committitur, omnium receptissima est sententia. n. 23.

Libera facultas dici non potest, que ab alio dependentiam habet. n. 24.

(Liberè) dictio idem importat quod sine alterius consilio, consensu, interuentu, requisitione, seu interuentione. ibidem.

(Liberè) dictio importat voluntatem absolutam. num. 25.

(Liberè) dictio liberam denotat potestatem in faciente sua sponte, & alterius voluntate non requisita. n. 26.

(Liberè) dictio, vbi apponitur, impedit appellationem, quia idem importat, quod appellationem & prescriptionem non obstante. n. 27.

Commissio signata cum clausula (liberè expedienda & determinanda) intelligitur appellatione remota. n. 28.

Philip. Franc. declarat, dum dicit, quod in commissione cum clausula (liberè terminanda) possit appellari, vbi iusta causa & ratio appellandi subest. n. 29.

Priuilegium aut rescriptum Pontificis, quo conceditur alicui vt in causa possit liberè appellare, poterit etiam tertio in ea pronocare. n. 30.

(Liberè) dictio nec iure, nec ratione, nec aequitate aliqua regulatur. n. 31.

Contradictio vbi à iure sublata est, pariter & appellatio sublata intelligitur. n. 32.

(Liberè) dictio vbi est apposita, intelligitur sublata omnis contradictio, & impedimentum. numero 33.

Liberam facultatem providendi beneficium vacans ipso iure per ademptionem secundi cum per ius accipiat ordinarius, debet intelligi appellatione non obstante. n. 34.

Sine contradictione actuum celebrat, qui potest facere liberè. n. 35.

Iura loquentia de priuatione beneficii vacantis per ademptionem secundi incompatible iuxta